



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Miraculum illustre ad facras reliquias S. Cuniberti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

N O V E M B E R.

304

mysterio, quo columba super illum descendit, Saluatoris nostri typum exhibuit. Ab ipso quoquè zelum Dei, & famam bonorum operum longè lateque micantem accepit, quæ per luminis claritatem quisque figurari non ambigir: & ipse videlicet dum hoc super illum fuisse immisum, discipulorum adhuc trepidantium, & in conclavi residentium similitudinem exprimere potuit, quasi ipsi tunc simul cum discipulis à Domino diceretur: Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos. Nam & ipse post hanc visionem mox à seruitute pristina liberatus, ad opus Domini specialiter expeditus est. Et iterum: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videatur opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum, qui in celis est.

**Ioan. 20.**

**Ioan. 15.**

**Matth. 5.**

**Cap. 8.**

**Ecclesiast. 11.**

**2. Cor. 1.**

**40. annos**

**vixit in epi-**

**scopatu.**

**Feliciter**

**decedit.**

Hæc ergò glorificatio cùm semper huius sancti Pontificis bona opera subsequitur, tum maximè, quandò omnis plebs, quæ vidit, dedit laudem Deo. Necipsum. Ad

tistitem in Domino postea laudare trepidauit, velut per hoc prodigium iam fuisse secura illius interminationis, qua dicitur: Nè laudes hominem in vita sua. Inq:

autem in omnibus his clauso ostio, nè quid humanæ laudi concederetur, intra quicunque

bicum cordis sui laudabat & glorificabat eum, à quo bona cuncta profluere no-

uerat, vt posset dicere cum Apostolo: Gloria nostra hæc est, testimonium confe-

entiæ nostræ. Sic igitur esuriens & sitiens iustitiam, factus est pacificus, & in omni-

bus cordi sui motibus rationi subiectus, vt spiritu tantum Deo seruiret, & porti-

nem suam in terra viuentium totis nisibus appetere festinaret. Completiisque de-

mùnus feliciter quadraginta villicationis suæ annis, pridiè Iduum Nouembri p-

ueniens ad diem lucis huius extremum, creatori suo ditandum bonis omnibus re-

dedit spiritum. Corpus antem eius, sicut ipse viuens præceperat, positum est cum

magna gloria in ecclesia sancti Clementis, quam ipse construxerat: regnante De-

mino nostro Iesu Christo, qui viuit & gloriatur in sempiterna seculorum seculi.

Amen.

MIRACULUM ILLUSTRE, AD SACRAS RELIQVIA

AS S. CVNIBERTI EDITVM, A SIGEVINO

Archiepiscopo Coloniensi literis mandatum.

**I** N nomine patris & filij & spiritus sancti, Sigevini in iusti diuinæ fauore clementia Coloniensis Ecclesie Archiepiscopus. Quis in omni tempore Deo sit à nobis supplicandum intimè pro nostris carcerorumque Christianorum erraribus, imploranda est tamen nobis Dei clementia studiosissima, quoties mundi tangimur adserentibus: quatenus eas, quas iuste patimur, afflictiones in hoc seculo gratuata Dei misericordia mitigare, & à nobis auertere dignemur.

**Sanctorum** benigne pietatis dono. Citius autem mitigabit in nos Deus ira indignationis, ne si in auxilium nostrum sanctos & electos suos humili perimus deuotione. Quod nos in aduentu sancti Patrouri nostri Cuniberti eo die aperte probauimus, quem heu nostris peccatis exigentibus, beatae Dei genitricis Mariae monasterium in Gre-

**Monasteriu** dibus, nostris oculis comburi vidimus. Incipiebat enim eodem die & domus sancti

**ad Gradus** Petri ardere in parte orientali, ita ut aliqua eiusdem monasterij parte comburatur, fratres & ciues urbis in desperationem venissent, & præ nimio quod immi-

**Maria Co-** bat incendio ornamenta iam abstulissent de templo. Adueniente autem congre-

**tione sancti Cuniberti, & dum corpus eiusdem sanctissimi Patroni nostri in domum sancti Petri contra ignem gemendo & lachrymando deferent, nobis qui ade-**

**Insigne mi-** eramus intuentibus, ita (gratias Deo) euanuit flamma & incendium à domo sancti

**raculum.** Petri, quod verè comprobaret Dominus, per merita sancti Cuniberti nos ab incen-

dijillius periculo liberari. Vnde & nos exigu tantæ Dei bonitati ac sancto Cuniberto pro modulo nostro respondere cupientes, scire volumus omnes nostros fi-

deles, tam futuros scilicet, quam præsentes, qualiter sequenti die, scilicet duodeci-

mo Calendas Martij, dum corpus reportaretur prædicti Patroni, dedimus eidem

Patrono nostro pro remedio animæ nostræ ad utilitatem fratum, ibidem Deo mi-

litantium, quicquid &c. Cui testes intererant Vuichmar Decanus maioris mona-

sterij, Hereman Präpositus, Arnolt Präpositus, Hetzell Präpositus, Thioderich Präpositus: Laici verò Gerart de Hostaden, Adolf de Berge, Vuichmar Heiman Ratere. Quod vt verius credatur, & in posterum firmius habeatur, hoc manu scriptum inde fieri, ac sigillo nostro iussimus sigillari. Atque sunt hæc traditiones Colo-

niz: in

DE QVINQUE FRATRIB. BREVNOVIEN. MARTYRIB. 305  
nia in domo sancti Petri, anno Dominicæ incarnationis millesimo octuagesimo,  
Indictione tercia, regnante rege Henrico quarto, & præsidente in cathedra Episco-  
po Sigismundo, primo ordinationis sue anno.

VITA ET MARTYRIVM QVINQUE FRATRVM  
BREVNOVIENSIVM, MATTHAEI, BENEDICTI, IOHAN-  
ni, Iaac, Christini: necnon Barnabæ contubernalis eorum & confessoris,  
per Reuer. D. Iohannem Dubravum Episcopum Olomu-  
zensem, historie Boemicæ li-  
bro sexto.

**S**ANCTVS Adelbertus secundus Pragensis Episcopus 12. Non*ē*,  
& martyr, ynà cum Boleslao principe Boemie cœnobiti-  
um, quod Breunouiam vocant, edificauit, ac munificen-  
tissime dotauit, deduictis in contubernium sodalibus,  
quos ex Italia secum adduxit: illi que nomine Abbatis  
præposito Anastasio, qui posthac apud Hungaros Strigo-  
niensem egit Pontificem, viro tanta sanctitatis & virtutis,  
vt mortuum discipulum precibus suis à morte exci-  
tauerit. Sapiens in hoc contubernio Adelbertum, quām  
in domo suo pontificali reperisse, ad eò moribus &  
natura cum sanctis illis patribus congruebat. Sed nec Bo-  
leslaus à consuetudine illorum abhorrebat, fessis præsertim diebus sponte veni-  
ens (vt bonis mos est) ad bonorum conuiua, quæ à precibus illi incipiebant, &  
cum precibus finiebant magna cum modestia & disciplina, atque abstinentia ci-  
borum.

Præter Anastasium autem Abbatem, & Gaudentium fratrem (quem Præsulem  
ciuitatis Gneznæ Polonis idem Adelbertus dederat) alios insuper sex contuberna-  
les Breunouia habuit, vñ vita sanctimonia celebres, ita celebritate hominum  
minime gaudentes. Illi igitur desiderio solitudinis (cū migrandi ex Boe-  
mia in Poloniam consilium cepissent) occiso Adelberto Episcopo, ad Gaudentiu-  
m diu ererunt, cupidissimum illi penes se retinendi, nisi quod cupidiū illi se-  
cretum sibi dari ostendique petebant. Eiusdem precibus Gaudentius, deduci illos in  
locum planè solum, longeque, ab hominibus semotum iubet. Naucti illi quem opta-  
bant fecerunt, in eo tugurio lumen, & iuxta sacellum ex lignis coagentem sibi con-  
stitutum. Nomina contubernialium Matthæus, Benedictus, Johannes, Isaac, Christi-  
nus, Barnabas. Frugalitatis omnium istorum, innocentiaque & continentia atque  
vigiliarum, indicum hoc fuerit, quod non solum ab iniuria noxa, sed ab omni  
prosorsus specie mala abstinerint, quod famem sapiens pane solo, raro olere adiun-  
cto, quod sua sibi manu severant legerantque, explebant: stitum autem aqua sem-  
per sedabant: quod à pecunia possidenda ita temperauerint, vt ne teruncium qui-  
dem in zonis suis aut marsupijs possidere vellent: quod denique stratis humi in  
marta/cirpea, corporibus cilicio vestitis, somnum ante medium noctem interru-  
ptum haberint, & quasi iam aurora illis illuxisset, reliquum noctis dieique perpe-  
tuò in hoc vigilarint, vt Deum peccatis hominum offendit, assiduis deprecati-  
onibus placarent. Nam ipsi ita propitium illum habebant, vt morbo impedi-  
tos homines, aut à malo dæmonie obsessos, sola oratione percurarent libera-  
rentque.

Quoniam autem rumor iam pridem de bona istorum vita consuetudine ad  
Mechonem principem Poloniae peruenieret, inuasit eundem Mechonem cupi-  
dovidenti & alloquendi viros ex rumore sibi laudatos. Vbi igitur ad latebras eo-  
rum peruenit, summoque affectantium turba, ipse cum paucissimis facellum, in  
quo factos pallebant hymnos, introiit, offusa subitè oculis & animo suo religio-  
ne perinde est permotus, atque si introiisset penetrale numinum, non hominum.  
Denique illos velut præfentia numina veneratus est, tractauitque liberaliter à pe-  
cunia, quam abiens illis etiam inuitis reliquit, præsidium futuræ inopiaz, quam

Cc 3 sum

URIUS

RVIII.

5